



1. Boffeck f. Joh. Gottl. diff. de cultu flumi-
 num Lippia 1710.
 2. Breithaupt f. Joh. Justi diff. Dissertatio de
 incrementis in Obno et in malo, Halle
 3. ——— sentar III de Körfe, Halle 1710.
 4. Buddei f. Joh. franc. diff. de fragrantia
 Christi jine 1712.
 5. ——— ΗΕΡΙ ΤΗΣ ΑΚΠΙΒΕΙΑΣ in
 vita christiana, jine 1707.
 6. ——— de libertate cogitandi, jine 1715.
 7. Burmanni f. Joh. Eberh. diff. de fide
 Salernitana, Helm 1682.
 8. Carpzov f. Joh. Bened. diff. de Chuppa
 Hebrorum 1710.
 9. ——— diff. de religione quietista.
 rum Lippia 1687.
 10. Carpzov f. Joh. Gottl. diff. de anno Iobie
 secundum descriptinam Hebrei.
 cum Lippia 1730.

L. 18°
27
Q. D. B. V.
DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
**SIGNIFICATIONE
VOCULAE TOYTO
IN VERBIS COENAE
DEMONSTRATIVA
NON COMPARATIVA**

QVAM
CONTROVERSIAE STVRMIANAE CAUSA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
DN. FRIDERICO AVGUSTO
PRINCipe REGIO ET ELECTORATVS
SAXONICI HEREDE

PRAESIDE
MARTINO CHLADENIO
SS. THEOL. DOCTORE EIVSQVE PROFESSORE PUBLICO
VT ET ALVMNORVM REGIO-ELECTORALIVM
EPHORO


ERUDITORVM IUDICIO

SUBMITTIT

AVTOR

M. CARL Friedrich Bergmann
D. XIV. OCTOBR. A. R. S. M DCCXV.

VVITTEBERGAE, TYPIS VIDVAE GERDESIANAE.





Q. D. B. V.

Salvatoris nostri IESU Christi corpus sanguinemque, in S. Coena sub symbolis, ad id ab ipso ordinatis, *vere realiterque praesentia esse*, e veracissimo ipsius ore egressa, quatuorverbis testium, in verba Magistri recte juriantum, inspirante Spiritu Sancto, repetito consensu firmata veritas est.

Ut vero nihil tam solidum, tam firmum nihil, nihil tam ab omni errore alienum invenias, quod non humanae mentis protervia aliquando impugnaverit; utque singulis anni temporibus nova semper pronascitur insectorum species, purissima quaeque suis sordibus contaminans: ita quibusvis Ecclesiae aetatis, nova haereticorum, fundamentali hanc doctrinam oppugnantium, examina prodiiisse, facile reperias. Animus proinde erat, in limine illius, quam exhibemus, dissertationis, per *singula secula* eundo, negatae Praesentiae patronos, brevissimis, quasi in tabula, describere lineis; cum forte in solidissimum B. D. Zach. Schilteri Commentarium, quem in Catechismum B. Lutheri conscriptum reliquit, inciderem, huncque laborem a doctissimo Viro ad Calvinum usque deductum cernerem.

A 2

Addi

Addi quidem poterat infelici huic numero recentior fanaticorum cohors, & aliorum, qui ex Socinismo labem traxerunt; mutata tamen sententia, hoc tantum dicendum duximus, Calvinianorum partes accessu suo, quod dolimus, nuper auxisse, Virum ingenii, doctrinae, munerrumque praestantia amplissimum, Dn. CHRIST. STURMIUM, edito hunc in finem libello, quem *Demonstracionem Mathematicam*, sui officii tardiuscule memor, inscripsit. Fuit is dilectus quondam amantissimae matris, Ecclesiae nostrae evangelicae, filius, sed fuit. Ne tamen fecesum vel frustra fecisse, vel sociis Reformatae, quam amplexus est Ecclesiae, inutile membrum videatur; doctrinam de S. Coena in Ecclesiis nostris, e divinis literis sonantem, conquisisit aliquot argumentis, suae parti suppetias latus oppugnat. Ut vero veterum haereticorum imprias in hac doctrina futilitates, varii divino Spiritu armati Patres malleo verbi contriverunt: ita Sturmianam quoque phalangem a viris in bellis Domini exercitatissimis, illatis fortiter armis, felicissime fractam novimus. Facile igitur hic a me susceptus labor, inutilis videri poterat; facilius ego, ab instituto opere deterreri; cum tamen gregarius miles non inutilem saepe in bello praestet operam, olitores etiam non importuna quandoque loqui credantur; stabimus in sententia, quidque objectae a Clar. Sturmio rationes virium, quid roboris habeant, sequenti oratione, annuente Deo, perpendemus.

§. I.

Gloriosissimus Salvator noster, morti jam pro salute humani generis subeundae proximus, cornesto agno paschali, lotisque discipulorum pedibus, certissimum immensi erga nos amoris pignus editurus, novum Ecclesiae testa-

testamentum ac Sacramentum constituit. *Accepte enim patrem, ut quatuor divino Spiritu acti Scriptores unanimi consensu loquuntur, gratisque aetis fregit, deditque discipulis, dicens: accipite, comedite, hoc est corpus meum; Deinde apprehenso calice gratias egit, porrigenusque illis dixit: Bibite ex hoc omnes, hic enim est sanguis meus novi testamenti &c.*

§. II.

Cum vero testamentis ab hominibus etiam, legitime modo factis, eum tribui hohorem videamus, ut singula testatoris verba non minori diligentia ponderentur, quam religione observentur, neasque putetur, illata vocibus vi, alienum illis tribuere sensum; scelus profecto erit, testamentum Domini nostri IESU Christi omnipotentis & in secula benedicti Dei. Rom. 9. v. 5. quique ipsa est veritas. Joh. 14. minori religione observare, & a verborum, quibus sanctum est, clarissima perspicuitate proprietateque vel latum, quod dicitur, unguem, recedere. Rechte proinde faciunt Ecclesiae nostrae, voluntatique testatoris exesse congruum est, si, ortis de Sacramento Coenae dubitationibus, non alio, quam ad perspicua Institutionis verba, tanquam propriam hujus doctrinae sedem, configuant, horumque proprietati immote insistentes, quicquid corruptiarum affertur, facile prosternunt.

§. III.

Sentiunt inviti huius fulminis robur Calviniani Doctores, cumque Nostri inde se deduci non patientur, de novis subinde, quod malae causae certissimum est indicium, horum verborum interpretationibus cogitant, quibus quasi foliis turpissimam nuditatem velent. Attulit praeter alias Cl. Sturmius, ut supra innui, nudius tertius excogita-

tam interpretationem, qua voculae demonstrativaे, τ>, in verbis Christi: τ>ο μ>ει το σωμα, comparativam significacionem affingit, illamque pro nomine τοι>ο, ibidem ponit confidenter asserit. Cumque, quo est candore, negare nolit, voculam >ος α>ην τ>ο demonstrativam vim saepius obtinere; grammaticus e mathematico factus, regulam, quam Lesbiam dixeris, struxit, quae, quando ea, quam diximus vocula, demonstrandi vel comparandi munus sustineat, clarissime nos doceat. Ea vero in Mathematica Demonstratione p. 3. his verbis concepta legitur. Wenn das selbe pronomen zwischen zwey Wörtern stehende, zu dem vorbergehenden sich schicket, aber nicht zu dem nachfolgenden, muß man allezeit übersetzen DER, DIE, DAS; Wenn es hingegen zu den nachfolgenden sich schicket, und nicht zu den vorbergehenden, muß allezeit übersetzt werden, DER-GLEICHEN, DERGLEICHEN. Wenn es sich auf beyde schicken. Repetit eandem, additis quibusdam, quæ explicationi profutura videbantur, p. i. Fern. Ausführung.

§. IV.

Supponit vero voculam τ>ο in Scripturis Sacris comparativo interdum sensu adhiberi, idemque significare, quod tale; Ne tamen affirmanti fidem deroges, triplici sententiam ratione fulcit, quorum primam Scriptura Sacra, alteram conditio primitivorum & derivativorum, ultimam B. GLASSII consensu suppeditat. Quae cum suo iure considerationem prius mereantur, antequam ipsius regulae rectitudinem metiamur, faciemus id brevibus, relata longiori dictorum, ab Autore allegatorum explicacione, quam uberrimam dedere, FABRICII, SENSTII, aliique, summa reverentia colendi Doctores, ne velvet,

Mo-

Moveam cornicula risum,
Furtivis ornata coloribus.

§. V.

Primam igitur rationem e Scripturis petitam, ita proponit: p. 9. Ult. Ded. Weil Matthaeus und Lucas eine einige und eben dieselbe Rede Christi, auch mit einerley Wörtern ausdrücken, ausgenommen, daß der eine gebrauchet τεθό, wo der andere gebrauchet τοιθό; so müssen beyde Wörter den Evangelisten da gleich viel gegolten haben; folgends τεθό manches mahl so viel heißen als τοιθό, das ist, solches oder dergleichen; quae verba, ut vis eorum concludendi evidentius pateat, sequenti Syllogismo, includemus: Quaecunque voces a diversis Scriptoribus, unum eundemque sermonem exprimentibus, ita permutantur, ut loco unius ponatur altera, illae his Scriptoribus unum idemque significant. Atqui τεθό & τοιθό sunt voces, quae a diversis Scriptoribus unum eundemque sermonem exprimentibus ita permutantur ut loco unius ponatur altera, E. τεθό & τοιθό unum idemque his Scriptoribus significant.

§. VI.

Ubi primum monemus, prædicato Maioris inferendam esse voculam *proprie*, cum illud ante omnia in quaestione sit, quid *vocula τεθό proprie significet*. Deinde ad *Maiorem* respondemus, *falsam eam esse*, idque ex sequenti patere exemplo. Si enim Matthaeus illa verba Christi: *Herodes est vulpes*, ita esseret; *Herodes est astutus*, idem profecto diceret quod Lucas; ex eo tamen minime sequetur, vocem *vulpes* proprie idem significare, quod *adiecitivum astutus*. *Vulpes* enim proprie significat *animal astutia sua notissimum*, & tribuitur per figuratam dicendi rationem *Herodi*, ob *qualitatem*, *astutiam* scilicet, in qua vulpi

vulpi tam similis erat, quam ovum ovo. *Aſtutus* vero *qualitatem* significat, adeoque alterius praedicamenti rem.

§. VII.

Neque minor recte se habet, cum falso supponatur, enunciationem illam Christi, in qua apud Matthaeum vocula *τοι>στο* ponitur, esse eandem cum illa, in qua apud Lucam vocula *τοι>στο* reperitur, ut ex sequentibus patebit. Quae ut evidentiora fiant, observamus, vocalam demonstrativam *τ>στο* a Luca c. 9. v. 48. usurpatam, non posse explicari per *τοι>στο*. Pronomen n. demonstrativum *τ>στο* nomini communis iunctum, nomen illud ex se aliis aequo communi, (nomina n. appellativa sua natura sunt tertiae personae) hic ad singularitatem determinat, sive, ex nomine communis facit individuum, & sub isto conceptu intellectui legentis vel audientis rem illam, cui hoc nomen competit, sifit. Nomen vero *τοι>στος*, tale sua natura obtinet munus, ut qualitatem rei indicet, & sub hoc conceptu intellectui audientis vel legentis rem illam vel personam, cui adiecta est, exhibeat. Lucas igitur, verba Christi referens, *τ>σ πα>δις* vocem, aliis subiectis aequo communem, per vocalam *τ>στο* ad illud *individuum*, quod v. 47. apprehenderat & iuxta se statuerat Christus, restrinquit, & sub hoc conceptu intellectui legentium sifit, affirmatque, de hoc individuo dixisse Dominum, suo nomine esse recipiendum; causam vero, qualitatem scilicet, cur hic infans recipiendus sit, Lucas non addit; & hæc ratio est, cur *τ>στο πα>διον* dicere potuerit, non *τοι>στο*. Haec enim qualitatis notitia omnino praecedere debebat, si discipuli sermonem Christi *τοι>στο πα>διον* dicentes, intelligere debuissent. Lucas igitur de qualitate nihil habet, neque enim receptum est Evangelistis, ut totum sermonem Chri-

Christi, secundum omnes circumstantias singuli exhibeant. *Habet vero D. Matthaeus, c. 18.* Cum enim svavissimus Salvator in genere docuisset, imitandos esse teneros aetate pueros, v. 3, addit v. 4. quam illorum qualitatem imitaturi exprimere debeant, exemploque id docet, certo nempe individuo, in quo illa qualitas, humilitas scilicet, inveniebatur. Cum igitur illa qualitas ex hoc infante iam nota esset discipulis, recte pergit Salvator, & concludit ab hoc singulari ad alios homines, eandem qualitatem habentes, ponitque voculam τοιχτό, ob humilitatem discipulis iam iam declaratam, dicens: *Quicunque talem, tali qualitate ornatum puerum nomine meo receperit, me recipit.* Consequens est, cum Lucas non exprimat qualitatem, neque τοιχτό ποιῶ dicere potuisse; ulterius, propositiones utriusque Evangelistae differre maxime; τάχτο tandem & τοιχτό non eandem habere significationem, cum eae demum voces idem significant, quae eandem rem sub eodem concepitu nobis repraesentant. Et cur non eodem Sturmii arguento, si quaedam concludendi vis ipsi inesset, inferre liceret, nomen τοιχτό significare idem quod vocula τάχτο atque sic demonstrandi vim sustinere?

§. VIII.

Minime vero hoc loco praetereundus est ille a Luca, v. 48. additus articulus τό, cum plane evincat, voculam τάχτο, naturalem suam vim, demonstrativam scilicet, servare. Grammatici enim in hoc convenient, quod intercedente articulo, ο, η, ι inter pronomen τάχτος, & substantivum ei iunctum, pronomen tunc proprie aliquid *praesens, non modo certum,* significet. Unde nec illud negligendum, cum nomen τοιχτός, sive *talis*, docente ipso Prisciano, infinitam qualitatem; pronomen vero τάχτος, hic, haec, quae pronomínium natura est, solam *substantiam*

B

tiam

tiam, non etiam qualitatem significet; sequitur omnino, neque apud Lucam pronomen *T8TO* eundem cum nomine *T018TO* apud Matthaeum significatum obtinere.

Observetur etiam, redditivum sine relativo proferri minime posse, nisi in demonstratione, ut si ostendentes Priscianum, dicamus, talis fuit Crates Mallotes, qui ab Attalo Rege Romam missus, primus studium grammaticae in Urbem intulit. Cum igitur, quae Sturmii mens est, *T0 T8TO* apud Lucam pro redditivo, quod est *T018TO*, positum sit, relativum tamen praecedat nullum, necesse est, aut demonstrationem locum hic habere, aut assertum esse falsissimum. Demonstratio autem oculis fit, vel corporis vel intellectus; neutra vero hic locum habet. Non posterior, cum in textu nihil praecedat, quod intellectui legendis declareret, quale sit illud, ad quod referatur puer, & cum quo conveniat; neque prior, cum a) infans, cuius fit mentio. v. 47. sit idem cum illo individuo v. 48. nihil vero b) referatur ad seipsum. Ergo demonstratio hic nulla locum habet; falsum etiam erit Clar. Autoris assertum.

§. 10.

Ecquis tandem non videat, Clar. Sturmium tanto molimine pugnare adversus seipsum, atque hoc opere, quo quasi fundamento fulcire Regulam volebat, eandem funditus evertere. Utemur igitur illa quasi gladio Delphico. Ut enim illum adhunc modum fabrefactum legimus, ut eodem & sacras macrarent victimas, & suppicio afficerent nocentes: Ita Sturniana regula, eo fine composita, ut sanctissimae doctrinae necem inferat, Autoris ipsius iugulum petemus. Rationem enim redditurus Autor, cur voculam *T8TO* in verbis: *T8TO T0 ποτηρίου* non vertat, *DES-GLEICHEN*, ut in antecedentibus verbis, *T8TO μ8 εσι T0 σωματι*,

τῷ τοι, factum, ad regulam configuit dicens (p. 64. fern. Ausf.) das dritte τέτο steht zwischen einerley zweymahl wiederholten Wort, gehört also nicht zu meiner Regul, und kan folglich nicht übersetzet werden DESGLEICHEN. Si igitur τὸ τέτο allegato loco Paulino non poterit reddi DESGLEICHEN, ex ea ratione, quia inter idem nomen bis repetitum medio stat loco, & proinde ad regulam Sturmianam non quadrat; certe nec τὸ τέτο apud Lucam per τοιτο sive DESGLEICHEN, SOLCHES (hæc enim sunt Synonyma Sturmio vid. Matth. Dem. p. 2. 3.) reddi poterit, cum & apud Lucam inter idem nomen bis repetitum medio positum loco inveniatur. Haec enim verborum series: Επιλεξομενες παιδις, ειντεν αυτο τοις εκυτω, και ειτεν αυτοις οι εχου δεγηται τέτο το παιδιον, & reliqua. Aut igitur, cum regulæ locus accommodari non possit, vi eiusdem, verti non poterit per dergleichen vel solches, aut Sturmiana regula falsitatis ab ipso Sturmio convincetur.

§. XI.

Secundum vero quod regulæ substernit fuleram, quam debile est, quam nullius plane roboris? Τοιτο, inquit, derivatur a vocula τέτο, nullum vero derivativum significacione differt a suo primitivo; consequens est, cum derivativum τοιτο comparativam habeat vim, etiam primitivum στοις &c. eandem involvere. p. n. Math. Dem. Duplici enim ratione graviter hic in levissimis etiam impingit Autor. Quis enim dixerit τὸ τέτο & τοιτο se invicem respicere ut primitivum & derivatum? Cum vocabulum prius, simplex esse, posterius vero compositum, ac proinde ad figuram, non speciem vocum referri debere, grammaticorum praecepta clarissime doceant. Falsitatis vero & illud arguendum est, derivata nullam recipere posse si-

gnificationem, quae primitivis non conveniat. Quis vero fanae mentis negaverit σοΦού, & centum alia, esse primitivum, σοΦίαν derivatum? Neminem tamen eandem utriusque significationem, ad minimum hodie, esse, credo affirmaturum.

§. XII.

Forte vero B. GLASSIVS, haec enim tertia ab Autore allata ratio est, voculam $\tau\gamma\tau\sigma$ pro $\tau\alpha\tau\sigma\tau\sigma$, majori etiam cum emphasi, saepius poni, suo consensu evincet? Nihil vero minus. Falsum enim est 1) B. GLASSIVM in canone, e quo Clar. Adversarius verba allegat, affirmare pronomen $\alpha\tau\tau\sigma$ poni pro vocula talis, e, 2) multo minus cum maiori emphasi, & si 3) id diceret, quid haec ad Rhombum? 4) Non agit in canone, ad quem omnino respicere Sturmium ex citatis verbis: *cum maiori emphasi*, manifestum est, de pronomine $\sigma\tau\sigma\sigma$, 5) tandem ubi B. GLASSIVS de pronomine $\sigma\tau\sigma\sigma$ differit, non affirmat illud *cum maiori emphasi significare idem, quod talis.* Sed haec sunt beati viri verba: *pronomina demonstrativa* $\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph$ $\alpha\tau\tau\sigma$ quandoque *vel cum maiori emphasi, quam proprie sonant, vel alia paulum significacione accipi:* In explicatione quidem canonis Doctissimus Vir innuit, quandoque *etiam* $\aleph\aleph$ & $\sigma\tau\sigma\sigma$ idem esse ac *talis, substantia pro qualitate, scilicet posita.* His ipsis tamen verbis contradicit Sturmio, dum affirmat, *substantiam poni pro qualitate;* hoc ipse enim indicat, $\sigma\tau\sigma\sigma$ significare proprie *substantiam non qualitatem, quamvis illa substantia pro qualitate sibi intextente quandoque ponatur.* Ut vero verba D. Johannis v. 7. post. Epist. ita reddamus: *talis est seductor & antichristus, nulla cogit necessitas, cum nec regula Sturmii, nec contextus illud requirat.* Non prius, quia regula postulat, ut vocula $\sigma\tau\sigma\sigma$ praecedenti sub-

substantivo genere & numero plane non respondeat. *Fern.*
Ausf. p. 2. Citato verum loco genere apprime convenit,
 quamvis non numero. Nec posterius; quamvis enim,
 quæ *Sturmii* obiectio est. p. 14. *fern.* *Ausf.* videri, si gram-
 matices praecepta species, poterat, debuisse Apostolum
 plurali loqui numero: non tamen a) in Scripturis haec nu-
 meri mutatio infrequens est, praeципue si hanc de Anti-
 christo materiam species. Loquitur enim b) de illo ut
 singulari persona etiam Apostolus Paulus. 2. Thes. 2. cum
 in primis quovis tempore unus duntaxat in templo Dei se-
 deat Antichristus, atque c) tandem in sermone saepius ad sen-
 sum magis, quam vocabula respiciatur.

S. XIII.

Considerationem hic quoque meretur objectio illa,
 quæ quasi argumenti quarti partes sustinere poterat: *Lu-*
therum tamen ipsum voculam T 8 T O in versione reddidisse per
vocem SOLCHES. *Math. Dam.* p. 3. *fern.* *Ausf.* p. 13. Ad quam
 solvendam, notandum i) est, *vocabulorum solches & der-*
gleichen, quæ pro aequipollentibus habet *S T V R M I V S*,
non eundem per omnia esse significatum, quod ex conceptu,
 quem audita vel lecta in nostro intellectu gignunt, aperte
 constat. *Vocabulum enim SOLCHES*, rem præcedentem &
 intellectui sub certis circumstantiis seu qualitatibus jam no-
 tam, intellectui nostro altera vice sub his circumstantiis co-
 gnoscendam sistit, quod secundam cognitionem nominat *P R I-*
S C I A N V S. *Audita vero voce D E R G L E I C H E N* intellectus non
 eandem, quæ antecessit, sed aliam, similem tamen præce-
 denti, esse vel contigisse concipit. Et hoc *P R I S C I A N V S*
 innuit, inquiens: *Itaque interpretantes, quid est talis, re-*
spondemus, similis huic de quo loquimur. p. m. 485. Cum
 igitur haec voces non eundem, sed diversum in nostro in-

tellectu conceptum gignant, manifestum est, nec utriusque eandem esse significationem, cum, ut supra audivimus, illae voces demum idem significant, quae eandem rem sub codem conceptu nobis repraesentant.

2) Observandum etiam, *voculam T&TQ germanice quandoque sine sensu mutatione verti posse per SOLCHES*, cum scilicet res, quae secundum substantiam & qualitates nobis jam nota est, semel adhuc intellectui cognoscenda sistitur; non ex ea ratione, quasi voces *dieses* & *solches* sint per omnia ejusdem significationis, sed quia scopo dicentis, sensuique sermonis quandoque nihil decedit, sive illa res intellectui nostro adhuc semel cognoscenda sistatur secundum substantiam, vel alias qualitates & circumstantias.

3) Beatus igitur LVTHERVS in translationis negotio considerans, (ut exemplum demus) verba: *hoc facite*:
 i. Cor. ii. observabat licet ibi *voculam demonstrativam verti posse per solches*, quia 1) res, quae illis facienda injungebatur, partim ex actionibus Christi, partim verbis jam secundum substantiam & circumstantias nota esset; 2) scopo dicentis, sensuique textus nihil decederet, voce vel *dieses* vel *solches* in versione adhibita.

§. XIV.

Quae cum, ut vidimus, labrica admodum sint, & nullius plane roboris fulcra, deveniamus nunc ordine ad ipsam regulam, quam quasi helepolin quandam adlaibet, qua nostram, de Sacra Coena, doctrinam magna vi adoriat, quatiat, perfringat. Ampliorem sane, si inspexeris, regulam vix unquam videris; ita enim comparata est, ut sub tribus, quibus constat membris, quasi triplici latibulo, quicquid est corruptelarum secure delitescere possit.

Veni-

Venient hic in mentem mihi Plautini illi non minoris nequitiae quam venustatis versiculi:

Cogitato mus pusillus quam sit sapiens,
Aetatem qui uni cubili nunquam committit suam,
Quia si unum ostium obsideatur, aliud perfugium
quaerit.

Mittemus tamen illa, cum aperta plane sint, & a S. R. D. D. SENSTIO p. 7. to iuris in sequentibus expedita; secundum regulae membrum, & quae eo pertinent, institutio- nis verba majori diligentia consideratur. Ita vero fluunt verba Clar. STVRMII, p. 3. Mathem. Dem. In den Einsetzungs-Worten nun haben wir den zweyten Casum. Die Worte heissen von der Einsetzung des Brods (quam subdole haec dicuntur? sed transeant.) also: JESUS nahm das Brod, τὸν ἄρτον, dancete, brachs und gabs den Jüngern und sprach: Nehmet, esst, τότο εστι mein Leib, τὸ σῶμα μου &c. Concluditurque Dissentiens, cum pronomen τότο genere (omittit & numero, quod tamen requirit p. 2. der fern. Ausf.) cum praecedente voce αὐτὸς non conveniat, respondeat vero se- quenti; necesse esse, ut non per demonstrativum HOC, sed adjectivum TALE vertatur, hoc modo: tale est corpus meum.

§. XV.

Leviora haec sane sunt, quam quae ad deserendam a- vitam, eamque verissimam doctrinam permovere Clarissi- mum Virum debuerint. Respondemus igitur 1) falso esse ex vocis hoc vel illo situ discendum esse, pro quo suppo- natur, (versamur enim in consideratione enunciationis: hoc est corpus meum) sed si subjectum sit, ut hoc loco, ex praedicato illud cognoscendum esse, inculcantibus abunde Logicis. 2) Nos non negamus, voculam τότο in Matthaei, Marci, Lucae Evangelii, ut & priori Epistola Pauli ad Corinth.

Corinth. *insequi vocem αγλος*, unamque earum excipere alteram continuo; sibi tamen has voces semper ita propinquas fuisse, admodum negamus. Sciendum enim, magnam intercedere distinctionem inter *historicam narrationem* institutae Coenae, quam secundum circumstantias texunt Evangelistae, & inter *testamenti formulam*, ex Christi ore prolatam. Cum enim, quod nec ipse STVRMIVS credo diffitebitur, non omnia unius autoris verba sint, sed priora, Λαζων ο Ιησει τον αρτον usque ad vocem επε v. g. a Mattheao, jussu ac dictamine Spiritus S. referente & narrante scripta, quae vero sequuntur, Λαζει, Φαγετε, 7870 ει το σωμα με, a Domino nostro in ipsa institutione pronunciata verba sint; non sane utraque sibi semper ita propinqua fuerunt, nec vocula 7870 eundem perpetuo situm inter vocem αγλος & σωμα obtinuit. Constat enim Mattheum, qui primus tamen omnium Sancto actus Spiritu, Evangelium composuit, octavo demum, post ascensionem Domini, anno scripsisse. Quid vero de reliquis dicemus? Quomodo igitur, quem significatum vocula 7870 in verbis institutionis obtineat, ex positi ejusdem cognoscere poterit, cum talem situm eo tempore, quo glorioissimus Salvator illam proferebat, non habuisse constet? Et qui Discipuli ejusdem intelligere poterant, quae mens Domini, quae sententia, cum verba illa Evangelistarum nondum extiterint, & quod inde sequitur, vocula 7870 illum positum nondum obtinuerit, qui tamen, ex mente STVRMII, ad ejusdem significationem capiendam, est necessarius.

§. XVI.

3) *Principium porro, ut mitissime dicamus, petit Dif-
fentiens, afferendo verba: Ιησει λαζων τον αρτον, και ευ-
λογησας ειλασε, και εδιδε τοις μαθηταις, και επε, εσε
verba*

verba institutionis. Ut enim a Seruatore ipsum Sacramen-
tum institutum est ; ita ab eodem uerba illa , quibus est
institutum , prolat a sint , necesse est . Nisi forsitan ab Evan-
gelistis multos annos post gloriosam Christi ad dextram
Patris sessionem , sacram Coenam institutam esse , improbe
docere velis . Constat vero praesentes convivas nulla alia
institutionis verba , praeter illa , edite , bibite , &c. , audivisse ,
cum nulla alia referant , quod omnino institutionis verba
(*αρπίσως* sic dicta) relaturis , incumbebat . Cum tamen
audirent etiam , praecipi a Domino , dicente : hoc facite ,
ut in posterum celebraturi Coenam , facerent id ; quod ipse
fecisset ; posteris vero , quae fecisset Dominus , ex oculari
inspectione , sicut discipulis , innotescere non posset , scribe-
bant divini viri ea etiam quae vidissent . Quamvis actiones
Christi , his Evangelistarum verbis descriptae , ad for-
males sacramenti actus omnino pertineant .

§. XVII.

4) Videtur haec olfecisse , qua est sagacitate , Clarissi-
mus Sturmius ; Ne tamen situm illum voculae , de qua est
disceptatio , relinquere cogatur , cum illi tota superstructa
sit regula ; alio ordine ponit Servatoris verba , ut invita
etiam ad regulam quadrare quodammodo videantur . Ita
enim inquit . p. 1. Ult. Ded. wenn das Zeiger-Wörter in dem
Griechischen , nehmlich οὐδὲ &c. in Heiliger Schrift zwischen
zwey Wörtern , also wie in den streitigen Einführung-Wörtern
des Heiligen Abendmahls , (λαβετε , Φαγετε τον αρτον , ητο
μη εστι το σωμα) steht , also daß die beyde Wörter auff ein-
ander sich beziehen , oder von einander praediciret wer-
den , und das Zeiger - Wörtlein , & quae sequuntur .

Non possum , quin statim in limine hujus quaestionis
repetam verba , quae Clarissimus Autor paginæ 22. Ult. Ded.

C

sequentia

sequenti ordine inseruit. Ich geschweige was dieses vor Anlaß zur Verdrehung der lieben Schrift giebet, wenn man also Umstände erdichten darff, die nicht im Text stehen. Verba audivimus suo jure laudanda; Sed accidit Clarissimo Viro quod corruptis injustisque judicibus. Ut enim magna cum pietatis simulatione injuste agunt, ne injuste agere videantur: ita ille ingentis zeli, adversus Scripturae corruptores, ostentatione, Sacras literas corrupxit, ne corrupisse credatur. Quo enim Evangelistae, quo Apostoli testimonio firmabit, hæc fuisse Salvatoris verba: *λαβετε Φαγετε τον αρτον?* cum sacrarum literarum ocularis inspectio contrarium manifeste doceat. Si quid obtainere velit S T V R M I V S, dicendum omnino ipsi erit, accusativum PANEM ad verba *accipite, comedite*, esse subaudiendum. Quis vero, hunc præcise accusativum, subaudiendum esse docuit? Forsitan haec erit ratio, quod nomen *αρτος* proxime praecedat, & ad quod voculam T&T respicere, in superiori regula dicebat S T V R M I V S. Sed ut supra innui- mus, non sunt illa unius, sed priora Evangelistarum, posteriora D O M I N I verba; neque semper sibi ita propinqua fuere, nondum enim verba illa: *λαβων Ιντετε τον αρτον* &c. extabant, cum diceret Dominus *accipite, edite*; neque tamen nobis aliis accusativis, ad verba *accipite, edite*, subaudiendus est, quam congregatis in prima Coena discipulis. Hi vero ex verbis Evangelistarum nondum extantibus, illud discere non poterant, inde neque nobis ex iisdem, quinam accusativus subaudiendus sit, est cognoscendum.

XVIII.

Dixerit: Notum tamen ex verbis Euangelistarum esse, *Dominum in manus sumfisse panem, gratias egisse, fregisse, fra-*

fractumque dedisse discipulis, dicendo, accipite, comedite; patere hinc, ad verba accipite, edite, subaudiendum esse accusativum panem; Panem enim discipulis dedisse. Habet hic nos primum confitentes, Salvatorem nostrum accepisse panem, gratias super eo egisse, fregisse, panem etiam dedisse non negamus, solum dedisse, id negamus. Acceserat enim verbum omnipotentis Domini, quod inefficax fuisse, nemo pius dixerit, cum veteri potius regula, accedente ad elementum verbo, fiat sacramentum. Veneranda certe antiquitas illud pie creditit, panemque, percipientem vocacionem Dei, non communem panem, sed Eucharistiam esse, duabus rebus, terrena & coelesti constantem, per rem coelestem, substantiam physicam corporis Christi determinans, ut ex clarissimis ejus verbis constat. vid. D. Hulsem. Prael. in Form. C. Art. 13. §. 3. §. 1. interprete Irenaeo docuit. Nisi forte clarissimus STVRMIVS Calvinianorum more objecerit, nihil amplius per consecrationem tributum esse pani, quam ut signum constitueretur absentis corporis Christi, & ad analogiam, inter panem & corpus Christi intercedentem, significandam ordinaretur. vid. Mathem. Dem. p. 12. Dicuntur haec quidem, sed contra apertam literam mentemque Domini, Quid enim consecratio, quae est verbum omnipotentis Dei, quod simulac profertur, divinam operationem conjunctam habet, operetur, constat ex verbis Christi, dicentis, hoc est, non signum, sed corpus meum. Hujus veritate immote nixi, firmiter statuimus, tantum praestare benedictionis verba, quantum ea praestare Christus ipse ore veracissimo & fallere nescio est testatus.

§. XIX.

Cum etiam ex verbis Evangelistarum, nobis fatentiibus, ipsaque Christi actione constet, Salvatorem dedisse

C 2

panem;

panem; nihilominus tamen de eo, quod accipere & edere jubebat Dominus, dixerit, *hoc esse corpus suum*, ex clarissimis his verbis, quorum proprietas adhuc invicta stat, evidens est, non solum panem, sed praecipue corpus suum dedisse Salvatorem, neque praecise accusativum *panem*, ad verba *accipite, comedite*, subaudiendum esse. Nisi forte objiciatur, Christum dedisse corpus suum, non dici ab Evangelistis; sed neque nos ex ipsorum, sed Domini verbis hoc probamus, neque, cum sacri scriptores nihil amplius quam quae viderant & audiverant, vel ab aliis visa & auditæ esse acceperant, scribere jussi fuerint, exigi ab illis hoc poterat; unionem illam Sacramentalem potius ex verbis Christi descendam nobis relinquentes. Mittamus tamen nunc haec, ne forte, ex verbis Domini, hoc est corpus meum, rationes probandi deducentes, dicamur petere id, quod est in principio, (vid. ult. Deduct. p. 43.) quamvis hanc petitionem solennem admodum Adversario nostro esse, ex antecedentibus jam constare possit.

§. XX.

Cum tamen, docente Scioippo, omne verbum acti-
vum regat accusativum, sive expressum, sive suppressum,
scire forsitan desiderabit STVRMIVS, quemnam tandem
accusativum subintellectum velimus? Huic desiderio satis-
facturi dicimus, neque accusativum *panem*, neque accusa-
tivum *Corpus Christi* determinate & distincte subaudiri. De
priori ut dicamus, necessum non est, ne crambem, quod
dicitur, bis coctam apponamus. Posteriorem vero deter-
minate subaudiri, his rationibus induci negamus, quia 1)
vocabulum *corpus* neque in verbis Domini, neque Evange-
listarum imperativis, *accipite, comedite*, antecedit, subau-
diri igitur a discipulis non poterat. Et licet in verbis

Do-

Domini sequentibus inveniatur, non tamen voces, *corpus meum*, cum verbis *accipite, comedite*, sed cum *demonstrativo* Hoc per copulam Est connectuntur. 2) Quia illud accipere & edere jubeantur Apostoli, quod illis dabant Dominus; hoc vero non *solum corpus fuisse*, ex verbis Evangelistarum; neque *solum panem*, ex verbis Domini antea deduximus, accusativus igitur, *corpus meum*, praecise subintelligi non potest.

§. XXI.

Quemnām tandem, inquies, accusativum subintelliges? Ejusdem pronominis, respondeo, accusativum, cuius nominativus verba accipite, comedite, immediate sequitur, hoc ordine, *accipite, comedite* Hoc, scilicet quod *nobis do sive porrigo*. Praecipit hoc ipse verborum contextus, qui, cum non patiatur vel accusativum *panem* uel *corpus* praecise subaudiri, vocalam requirit, cuius latitudo ad unitorum unum non sit determinatum. Communis etiam loquendi usus, & naturalis hujusmodi loquendi formas intelligendi ratio, quod cuivis recte consideranti facile patebit, aperte postulat, ne alium accusativum subintelligamus. Requirit id ulterius ejusdem pronominis proxime sequens nominativus; de pane enim, si substantiam ejus consideres, dicere Dominus non poterat, hoc esse corpus suum; ut taceamus, repugnare etiam laudatis a STVRMIO grammaticis praeceptis: neque etiam si accusativus, *corpus meum* praecise subaudiendus sit, sine sensu identico dicere Salvator poterat *hoc est corpus meum*. Sic enim fluoret oratio: *Accipite, comedite corpus meum, hoc, scil. corpus meum, est corpus meum*. Relinquitur accusativum pronominis demonstrativi concinne subintelligi.

C 3

XXII.

§. XXII.

Dictum vero modo pronomen cum absque substantivo in genere neutro positum invenitur, hanc, sua natura, praeter demonstrandi proprium munus, significandi vim obtinet, ut notionem cuiusdam nominis latissime patentis, entis scilicet vel rei, includat, atque sic idem notet, quod *hoc ens*, sive *haec res*. Et ut praesenti applicemus negotio, tota Christi instituentis oratio sic se habebit: *Accipite, comedite hoc, sive hanc rem.* Diversissimae vero quaestiones sunt, quinam accusativus ad verba, *accipite*, *comedite*, subaudiendus sit, & cum de pronomine *T&T* illud constet, quaerere, quaenam res per voculam hanc intelligenda sit, *an panis, an corpus Christi, an utrumque.* Ad posteriorem quaestionem decidendam, consideranda in primis sunt illa Domini verba: *hoc est corpus meum.* Quando enim subjecti loco ponitur vocula *T&T*, quae ex se nec *panem*, nec *alium quid determinate significat*, dicendum est ex praedicato, pro quo supponatur, cum talia sint subjecta, qualia permittuntur esse a suis praedicatis.

§. XXIII.

Falsum praeterea est, vel certe principium petit, quod Clar. S T V R M I V S, voculum *T&T* significare idem quod *T&T* evicturus, in regula superius citata ulterius innuit, de pane nempe praedicari corpus Christi, his in verbis: *Also daß die beyde Wörter auf einander sich beziehen, oder von einander praediciret werden &c.* Adduxerat autem antea verba institutionis hoc ordine: *λαβετε Φαγετε τον αγετον, T&T μη εσιτο σωμα.* Calvinianorum ut in coeteris, quod cuivis facile patet, hic quoque sequitur vestigia. Cum enim hi presupponant in verbis institutionis *de pane praedicari corpus Christi*; apertum vero sit

per

per essentiarum mutationem, quam transubstantiationem dicunt, illud non fieri, neque etiam per inclusionem aliquam aut mixtionem; concludunt, convenientiam quandam excogitandam esse, & praedicari de pane corpus Christi, quia sit *symbolum, signum vel figura absentis corporis Christi*, vid. STVRM. fern. Ausf. p. 46.

§. XXIV.

Non vero sine ratione negandum crediderim, in verbis institutionis praedicari de pane, quod sit corpus Christi. Non enim (I.) ex verbis Evangelistarum probari illud solide poterit. Illis enim sacri scriptores docent saltem, quamnam materiam terrenam Dominus, sacramentum Coenae instituturus, adhibuerit, quidque cum illa egerit. Neque (II.) ex verbis: *accipite, manducate*, cum accusativus vocabuli panis, sub illis, quod falso supponit Adversarius, intelligendus non veniat, ut ex supra dictis constat. Neque (III.) tandem ex verbis: *hoc est corpus meum*, cum illud a) aequo adversetur Clarissimo STVRMIO, qui vocabulum 7870 per 701870 explicat. b) natura demonstrativi, 7870; in neutro genere sine substantivo positi, illud non admittat. Quando enim pro illa enunciatione, *hoc est corpus meum*, ponitur ut aequipollens, ista: *panis est corpus Christi*; induitur, vocem panis in recto casu quamvis confuse per demonstrativum denotari, corpus Christi vero in obliquo, hac ratione: *panis corpori meo sacramentaliter unitus, est corpus meum*. Sed, ut supra monui, cum subjectum est ambiguum vel ita comparatum, ut confusum saltem rei de qua sermo est, conceptum importet, discendum est ex praedicato, pro quoniam illud supponatur, sive quod in casu recto, quamvis confuse, denotet; Et est illud, cui *formalis ratio ejus, quod in praedicato exprimitur, vere convenit*.

Quod

Quod ex communi loquendi usu, tritissimisque exemplis clarissime constat. Sic quando de Spiritu Sancto sub columbae forma apparente dixisset Johannes : *videte discipuli, hoc est Spiritus S.*, ex praedicato sane cognosceret eorum intellectus, voculam *hoc in casu recto*, confuse quamvis, significare ipsum Spiritum S. non columbam, quamvis hanc *in oblique* importet, hoc sensu : *Hoc, quod sub columba specie vobis apparet, est Spiritus Sanctus.* Columbam vero in *casu recto* non importat, cum columbae formalis ratio ejus, quod in praedicato exprimitur, vere non conveniat, hoc ipso, quod columba praeceps et in se spectata non est Spiritus S.

§. XXV.

Rectissime alias a Nostris Theologis, antiquissimorum Patrum loquendi formam sequentibus, dicitur, *panem esse corpus Christi*, cum non de *pane nudo* sed *cum corpore Christi* *Sacramentaliter* *vereque unito* loquantur, eum fere in modum, quo de homine Christo, ob unionem personalem, vere dicitur, quod sit Deus. Sicut enim in praedicatione personali recte dico : *homo est Deus*, quia in illa vox homo, propter unionem personalem concretum significat, personam scilicet, ex divina & humana natura constantem : Ita in praedicatione sacramentali recte dico, *panis est corpus Christi*, quia hoc loco panis, super quem actae sunt gratiae, propter unionem sacramentalem concretum significat, re terrena & coelesti constans ; atque adeo rem coelestem, corpus scilicet Christi, pani sacramentaliter unitum, connorat. Minus vero recte a Reformatis, unionem veram realemque panis & corporis Christi in sacramento negantibus, illud fit, cum de *pane nudo* loquantur, quem signum, figuram, typum, & quid non ? absentis longe Corporis Christi esse, vociferantur. Ad haec locutio ecclesiastica altera est, altera *biblica*.

biblica. Jam vero non in quaestione est, quid de illa locutione ecclesiastica, recte intellecta sentiendum sit, sed an in verbis institutionis de pane praedicetur corpus Christi, quod nos negamus.

§. XXVI.

Coeterum cum 1) Panis secundum substantiam consideratus, in formalí suo conceptu nihil involvat, quod sit idem quid cum corpore Christi; Est enim definiens MARTINUS in Lex. p. 2475. cit. D. HVLSEMANNO, *cibus solidus, e farina & aqua subacta pistus, igne cottus, quo communissime, ob singulariter temperatam suavitatem, & cum corporibus nostris convenientiam praecipuum, alimur.* A Calvinianis autem 2) ipsoque STVRMIO substantiarum panis & corporis, vini & sanguinis vera & realis unio negetur; (de quo postea) Nihilominus tamen 3) ad enunciationis affirmantis veritatem requiratur, ut id, quod nomine subjecti, & id, quod nomine praedicati significatur, sint idem; sequatur necesse est, corpus Christi de pane praedicari plane non posse. Non enim praedicari potest ratione unionis sacramentalis, cum eam Calviniani re ipsa negent, neque etiam ratione substantiae panis, ut ex definitione patet, & ipse STVRMIVS sine dubio fatebitur.

§. XXVII.

Respiciamus nunc aliquando, his pro ingenii tenuitate allatis, ad Sturmianam supra allegatam regulam, & quam frusta institutionis verba illa oppugnet, consideremus. Frustra sane dico. Cum enim 1) vocula *T870* non ita posita inveniatur, ut praecedat nomen, cum quo genere & numero pugnet, sed potius idem nomen, eodem genere & numero positum, in antecedentibus, quamvis sub intellectum reperiatur. 2) neque ita posita sit vocula *T870*,

D

ut

ut praecedat nomen, de quo posterius praedicetur; sequitur vi ipsius Sturmianae regulae, *vocabulam τ&το*, non *comparativo sed demonstrativo sensu* in verbis Coenae *accipi*; consequenter non per *desgleichen*, sed *dieses, das, vertendam esse*. Et ulterius: Cum *vocula 7870* Luc. 8. v. 14. Joh. 6. v. 49. 50. Matth. 16. v. 18. non ita posita inveniatur, ut in verbis institutionis sacramenti Coenae, vi eiusdem regulae, vid. p. 1. *fern. Ausf.* Vocabula 7870 his allegatis locis *non sensu comparativo sed demonstrativo* reddenda erit.

§. XXVIII.

Vidimus hactenus, Deo bene juvante, *vocabulam τ&το non significare idem quod 701870*, neque posteriorem priori, sensu manente eodem, poni posse. Vidimus etiam, ad secundum Sturmianae regulae membrum verba institutionis plane non pertinere, multo minus eodem evinci 70 7870 ponni in iisdem pro 701870, cum contrarium potius, si cuiusdam ponderis sit regula, eadem demonstretur. Sunt tamen & aliae, gravissimaeque rationes, quae vocabulae 7870 naturalem vim, demonstrativam scilicet, retinendam esse, non tam fvalent, quam cogunt. Ex quibus cum plurimae sint, pauculas quasdam delibabimus, & esto

I. Primum quod *a proprietate verborum*, eorumque sensu, quem verba proprie accepta important, & quem ratione nostra, adductis iis primo concipit, ut in aliis; ita in primis in iis locis, ubi articuli cuiusdam fidei primaria sedes est, *absque evidens causa recessendum non sit*. Nulla vero evidens ratio, quae contrarium fvaleret, hactenus afferri potuit; rationis enim blande delirantis subtilitates in mysteriis, captum ejusdem, hoc ipso quod mysteria sunt, longe transcendentibus, nec audimus, nec clarissimis veracissimi Dei verbis praeferimus. Quid dicam de syavissimo perpetuoque
Evan-

Evangelistarum trium, Paulique, verba institutionis sine mutatione tradentium *consensu*? Quid de *sublimitate mysterii*? Quid de *tobamenti ratione*, sua natura id requirentis, ut verborum proprietati quam maxime inhaereatur? Galat. 3, v. 15.

§. XXIX.

Solidissime, ut patet, variis Theologorum nostrorum scriptis id probatum est, videtur ipse *STURMUS* suum nobis hic adjecisse calculum. Quis enim aliter sentiret, haec illius verba, quamvis alium in finem scripta, legens: *Der HErr JEsus hat seine Worte bey der Einführung des heiligen Abendmahls sonder Zweifel gebrauchet in einen unsäglichen und der Griechischen Sprache gemeinen Verstande* vid. p. 21. Matth. Dam. Quomodo vero haec verba cum antecedenti *STURMII* disputatione, qua evincere conatur, voculam $\tau\delta\sigma\tau\alpha$ pro $\tau\delta\sigma\tau\alpha$, cohaereant, nondum assequor. Ita enim sentio, vocabulum tunc demum sumi *proprie*, si ad eam rem significandam adhibetur, ad quam exprimendam primitus inventa est, vel cui significandae primitus imposita est: *Tropice* vero, si a propria significatione fleatur in alienam, vel ipsa $\tau\delta\sigma\tau\alpha$ vocabulo id dicente. Ex Prisciano autem supra audivimus, *pronomina ad substantiam significandam inventa esse, non qualitatem, cum nominum hoc sit munus, non pronominium*. Si igitur Christus, fatente *STURMIO*, verba institutionis in proprio communique graecae linguae significatu adhibuit, vocula $\tau\delta\sigma\tau\alpha$ comparativam significationem, qualitatem indicem, sustinere non poterit. Sin vero voculam $\tau\delta\sigma\tau\alpha$ pro $\tau\delta\sigma\tau\alpha$ positam dixeris, eo ipso Dominum in verbis institutionis non proprie, sed figurata locutum affirmabis. Nisi forsitan Comicum, seruum quendam lapidem, vel statuam verbereum dicentem, proprie loqui contendas.

D 2

§. XXX.

Necesse tamen non est, ut contradictionis laqueo operosius implicemus adversarium, cum hunc laborem ipse met in se suscipiat, aperteque sibi contradicat his verbis: --- dennoch zeige ich wieder die Wiederspenstigen, nun auch zum Überfluß, daß die eigentliche Bedeutung der Wörter der Einstellung selbst anzeigt, daß die ganze Rede eine figurliche Rede sei. p. 57. fern. Ausf. Nisi hic iterum paradoxam sententiam mireris, proprium verborum institutionis significatum indicio esse, totum sermonem esse figuratum. Quo enim, Deum immortalem! indicio tandem deprehendes sermonem esse proprium, nisi ex propria significatione verborum? Et quid obstaculi quoquo reperitur, quo minus proprietatem in verbis institutionis admittas? Nihil indicat STVRMIVS, praeter illud (vid. praefat. der fern. Ausführ.) se non dubitare, verbis Domini alium quoque significatum inesse, illumque Christi discipulis tritum perque familiarem, praeter demonstrativum illum; cum alias discipuli, in fide & cognitione tam jejunii, suo more fuissent statim interrogaturi: Domine, quomodo hoc potest esse corpus tuum? Quis hic non miretur ingentem praeconceptarum opinionum vim, quas tamen in se dominii obtinere nihil, in hac ipsa praefactione multis gloriatur Adversarius. Iis enim, quasi fascino, tantopere illius oculi sunt ligati, ut non videat, quem in locum discipulos superius posuerit. vid. p. 8. Matb. Dem. Nihil ibi de illis humile, abjectum nihil, nihil mediocre, sublimia omnia, & quae ipsi Apostoli, humilitatis Spiritu acti, nequidem agnoscerent. Lapidès enim sunt, petrae sunt firmissimae, quibus Dominus, cœu fundamentis solidissimis, ecclesiam superstruxerit. Ut vero scenae serviant, aliam hic, quasi per quandam μεμψυχωσιν, personam

nam induunt; inscii sunt, increduli sunt, Capernaitae sunt. Horum enim illa vox est: *quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Joh. 6. v. 52. Apostolorum vero, cum de manducatione (Spirituali scilicet) et bibitione corporis & sanguinis sui locutus esset Christus, haec interprete Petro fidei plenisima erat oratio: *Domine, ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes, & nos credimus & cognovimus te esse Christum, Filium Dei viventis.* c.6. Job. v. 68.69. Credunt Apostoli, non concludunt in mysterio a negatione modi, ad negationem rei ipsius. Etsi enim cogitando non conciperent, quomodo illud corpus Domini esset, quod Salvator, *accipite, comedite,* inquiens, corpus suum esse affirmasset, nihil tamen minus credebant veracissimo viventis Dei Filio, verba vitae habenti. Si enim haec concludendi ratio recepta fuisset Apostolis, ut vult Clar. STVRMIVS, qui, quæso, dicere poterant, Jesum esse Filium Dei viventis, cum modum aeternæ generationis nesciant; cum ignorent, quomodo in Deo, ente simplicissimo vereque uno, possint esse Pater & Filius, (ne jam quid de Spiritu S. addam) duae realiter distinctae personæ. Et cur Petrus, Jacobus & Johannes, dicente Deo Patre, *hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite* Matth. 17. v. 5. suo, ut vult STVRMIVS, more, ex eadem ratione, non interrogant: *quomodo hic tuus potest esse Filius?* Cum praecipue vocula demonstrativa *εἰσος*, eundem plane situm, ut in verbis institutionis, obtineat. Praecedit enim historica *Evangelistæ recitatio*, sequitur *ipse Dei sermo hic est Filius meus &c.* Antegreditur vox Φωνη & νεφελη, cum vocula *εἰσος* genere non consentiens; suscipit eam substantivum *υἱος*, cum pronominis terminatione & numero appriime conveniens; loco subjecti ponitur vocula *εἰσος*, &

D 3

& de illa, vel potius re, per voculam confuse significata, praedicatur Filius Dei, perinde ut in verbis institutionis, ut ex uno puto, ut loquitur Comicus, similior nunquam possit aqua aquae sumi, quam haec est atque illa locutio: Et quid S T V R M I V S Socinianis, Arminianis aliisque pessimae notae haereticis, mysterium Trinitatis, incarnationis Filii Dei, & quid non negantibus (quorum miseram presiamque sortem dolet p. 49. *Math. Dom.*) respondebit, concessa hac in mysteriis de modo interrogandi licentia?

§. XXXI.

Nihil etiam ad rem facit illa adversarii objectio; *fācile appariturum cuivis, quam improprie sint locutiones illae vulgatae, quas nostri explicationis causa adducunt, si quis, pecunia artocreati indita, creditori suo dicat: accipe, hoc est quod tibi debeo. vid. praefat. der fern. Ausf.* Nihil enim causae appetit, quo minus hanc praedicationem *propriam* dicas, cum nulla vox in illa ostendi possit, quae a nativa sua significatione flectatur in alienam, quod omnino ad praedicationem propriam sufficientissimum est. *Quamvis* non invitus largiar, hanc rationem offerendi pecuniam admodum esse inusitatam. Nullus praeterea dubito, creditorem de veritate & fide offerentis planissime, absque omni metu oppositi, atque infallibiliter certum, creditori suo, id quod res est dicenti, fidem esse habituru*m*.

§. XXXII.

II. eo etiam ipso, ut pergamus ad secundum momentum, quod *7870* in verbis institutionis pro demonstrativo *7870* ponitur, *natura sacramenti Coenae tota evertitur*. Quid enim, quae*sto*, negata sacramenti materia formaque, eidem relinquitur? Materiam duplē facimus, *terrestrem* alteram, alteram *coelestem*; illam ex verbis Evangelistarum,

acce-

accepit Jesus panem &c. hanc ex effato Christi, *boc est corpus meum*, solide probamus. Vtramque credimus, cum celebratur Coena, esse praesentissimam, servato eo ordine, quem primo Institutori placuisse e litera constat; Ut scilicet mediante pane singulis utentibus distribuatur corpus Christi, sanguis vero mediante vino. Cum enim in S. Coena Salvator jubeat *ore corporis manducare corpus suum*, & *ore corporis bibere suum sanguinem*; eadem realiter praesentia esse necesse est. Neque enim aliquid *ore corporis accipere*, manducare vel bibere poteris, nisi *oris* tuo realiter atque indistanter *praesens* sit, cum hanc obiecti adessentiam natura organi corporei necessario postulet. Non minus credimus, inter rem terrenam & coelestem intercedere *unionem*, cum pane dato nihilominus dixerit Christus, hoc esse corpus suum; eamque veram & realem, cum, 1) unionis extrema sint sibi realiter praesentia, ut jam ostensum, unumque 2) extrellum hujus unionis sit communicatio alterius, dicente Apostolo 1. Cor. 10. Etsi enim tantisper concedatur, (de quo in vid. Form. Conc. p.m.742.) Apostolum loco citato ita inferre: *Gleichwie diejenige die vom gebrochenen Brodt essen, und von dem gesegneten Kelch trincken, in der Gemeinschaft des Leibes und Blutes Christi; also sind die von Götzen-Opffer essen, in der Gemeinschaft des Teuffels.* vid. Math. Dem. p.17. nihilominus tamen sequetur, panem esse communionem corporis Christi, ex ea ratione, quia illi, qui in communione corporis & sanguinis Christi sunt, ex ea causa in communione sunt, quia participes facti sunt panis, qui est communio corporis Christi. Propter quod vero unumquodque tale est, illud magis est tale, vulgatae regulae effato. Caeterum hanc unionem, propter naturae rerum unitarum diversitatem summam, incomprehensibilem, fatemur,

mur, *supraque rationem dicimus esse, non contra eam,* (*vid. Sturm. Matth. Dam. p. 20.*) cum a) in sacris literis fundata sit, recta vero b) ratio & Scriptura sibi non contradicant, nec c) aduersetur principiis rationis ita, ut ratio ex suis principiis ejus falsitatem cognoscere possit; sed contraphantasmam morbo laborantem, ut acutissime deducit Magn. & S. R. D. D. Loescherus in *Evangel. Zeb.* P. 2. p. 382. Neque tamen indissolubilem quandam, ut *STURMIUS* nostris ecclesiis, reclamante sine dubio conscientia, affingit. p. 31. *Matth. Dem.* unionem panis & corporis statuimus. Formam enim 1.) Sacramenti in actione, & sic in re non permanente, consistere, ex verbis Christi, edite, bibite &c. docemus. 2.) Regulam etiam defendimus, *nihil habere rationem Sacramenti extra usum a Christo institutum*; intellecta per vocabulum *Usus*, tota externa *visibili actione coenae Dominicae a Christo instituta*, *vid. Form. Conc.* (quam odioso vocabulo *fabricatam* dicit Adversarius p. 18. *Matth. Dem.* Art. 7. de Coena Dom. p. m. 750. 3.) Haec tandem a Sturmio Lutheranis falso imputata sententia, in formula quadam concordiae jam Anno 1536. conscripta, & B. D. Lutheri aliorumque Theologorum subscriptione approbata, his verbis rejecta legitur: *Nec sentiunt fieri localem institutionem, in pane, aut durabilem aliquam conjunctionem extra usum Sacramenti &c.* *vid. Form. Conc. l. c. p. 729.*

§. XXXIII.

Multo minus docemus quandam unitorum mixtionem, quam exigitato noviter *consubstantiationis* vocabulo, per calumniam nobis cum reliquis Calvinianis imputat *STURMIUS*. *vid. p. 9. & 15. Matth. Dam.* Et non minus inepta est conclusio haec: *Lutherani docent in, cum & sub pane, esse, accipi & manducari corpus Christi;* Ergo *consubstantiationem*

tionem docent; quam illa: hoc est simile illi, Ergo est in cum & sub illo. vid. p.9. Matth. Dem. Si tamen confusulationis accusamur ideo, quia particulas, IN, CVM, SVB, adhibemus; quid prohibebit, Calvinianos ex Scriptura (de eorum interpretationibus jam non suum sollicitus) sine dubio docentes, Deum esse in Christo, in Christo habitare Deum, Deum esse cum eo, sub specie columbae descendisse Spiritum S., ejusdem erroris reos postulare? Et qui ab homine sanae mentis indissolubilis aliqua unio panis & corporis asseri poterit, cum constet, panem per mandationem, & quae ei ulterius accident, corrumpi destruique.

§. XXXIV.

Formam, ut progrediamur, Sacramenti coenae, (impropriæ sumta formæ notione, quod etiam de materia notandum,) diximus esse actionem, non simplicem quidem, sed ex pluribus aggregatam, actionem scilicet benedicendi panem & vinum, actionem distribuendi illa una cum corpore & sanguine Christi, actionem accipiendi, manducandi & bibendi. Quo enim cum materia posito, ponitur Sacramentum Eucharistiae, illud est forma ejus. Posita vero dicta actione cum materia, ponitur sacramentum Eucharistiae; Ergo forma erit. Hanc vero sacramenti formam, ut *υεγον προτερον ουνπινως* considere-
mus, totam evertit Sturmiana explicatio, *analogiam quan-*
dam significarivam pro actione substituens. Quid enim evidentius, si ejusdem depravationem rectius quam explanationem verborum Domini consideres, hoc ordine propositam: *Was das gesegnete Brodt ist, daß ich euch hier zu essen gebe, eine wahrhaftre auch die beste und gesundeste, auch eine vor alle Menschen dienliche Speise; das ist auch mein Leib, nehmlich eine wahrhaftige Speise, die beste und gesundeste, auch eine vor alle Menschen dienliche Speise.* vid.

E

Math.

Math. Dem. p. 12. Haec vero analogia praeter & contra verba institutensis Domini est confusa, voculam enim 7870 per tale non posse explicari exsuperioribus constat. At cuiuslibet sacramenti forma in ipsius institutione docetur & inculcatur. Ad haec analogia significativa & actio totis differunt praedicamentis. Ulterius, talis comparatio inter panem & corpus Christi ubicunque, quovis tempore & loco extra sacramenti Coenae administrationem institui potest; sequitur inde *analogiam hanc sacramenti Coenae formam* esse non posse. Si tandem *analogiam*, intercedentem inter panem & corpus Christi, docere Dominus voluisse, necesse non fuisset, ut de vino idem diceret; taceo falsum dixisse, cum vinum non sit potus omnibus hominibus salubris, cum inter eos natura sua ab hoc potu plane abhorrentes reperiantur. Dixerit forsitan adversarius, se de vino illud non affirmare, cum voculam 7870 ibi non comparativo, sed demonstrativo sensu accipi, vi regulae doceat; sciat tamen, hoc ipsum manifesto esse indicio, expositionem pronominis 7870, in verbis 7870 εστι το σωμα μας, & inde deductam analogiam esse nullam, cum utriusque partis sacramenti eadem sit ratio. Non tamen hoc ipso affirmamus omnem a STVRMIO negari actionem; benedictionem enim, distributionem, mandationem & bibitionem nudi panis nudique vini facile concedet; sed hoc ipso probabit, materiam sacramenti a se impugnari.

§. XXXV.

Paradoxon certe adversario videbitur, si materiam eucharistiae terrenam, non integrum a se relinqu afferam. Sed mirari, spero, desinet, sequentia attentius perpendens. Paulus scilicet divinus scriptor capite II. prioris ad Corinthios docens, panem esse κονιώναν corporis Christi, (vini eadem est ratio) eo ipso tradit, illum panem esse demum eucha-

ri-

rictiae materiam, qui sit κοινωνία corporis Christi. Hanc vero κοινωνία negat adversarius partim expressis verbis, partim virtualiter. Prius in depravatione loci Paulini, p. 13.
Math. Dem. posterius in adducta verborum Domini explicatione. Qui enim essentiam sacramenti Coenae in analogia collocat, unionem veram realemque rei terrenae & coelestis tollit; ad analogiam enim non requiritur, rerum, aliquam χεστίαν ad se invicem habentium, praesentissima conjunctio, sed potest illa cum intervallis locorum, in quibus extrema sunt, consistere, ut notum est. Sublata vero unione reali praesentissimaque, qui potest panis esse κοινωνία corporis Christi, cum per hanc ipsam unionem panis sit κοινωνία corporis. Hac vero negata, non panis eucharisticus, sed vulgaris & domesticus relinquitur. conf. B. D. BALDWINUS *Comment. in Ep. ad Rom. c. 2. quaest. 7.*

§. XXXVI.

Rem sacramenti coenae coelestem quod attinet, diximus illam esse corpus & sanguinem Christi, quae vi voluntatis divini Institutoris rei terrenae, pani & vino in ipso actu coenae, durante δοσῇ κοινωνίᾳ, sic unita sit, ut distributo pane & vino simul vere adsit & distribuatur corpus & sanguis Domini. Ut igitur ab illis demum materiam eucharisticae coelestem, integrum & incorruptam relinqui credimus, qui corporis & sanguinis Christi substantiam in sacramenti usu, suis symbolis praesentissimam vereque unitam, re non minus quam verbis concedunt; ita illos sacram Coenam re coeli, quantum in ipsis est, privare, integritatemque hujus sacramenti corrumpere, recte dicimus, qui praesentiam unionemque rei coelestis cum terrana veram propriamque (quae nervus qualisque anima tremendi hujus mysterii merito appellatur, dicentibus Magnif. & S.R. DD. DD. WERNERIO atque CHLADENIO vid. *Disp. I. Vind. adv. Strim. §. 15.* & *de verbis Inst. ex form. Jud. non expl. §. 21.*) inducta quadam

analogia negant. Haec enim, nec praesentiam, nec realem rerum ad se invicem relatarum unionem importat. Certior etiam evades hanc materiae coelestis praesentiam, unionem que cum materia terrena a STVRMIO negari, & quod inde sequitur, sacramenti naturam everti, si considerabis sequentem, ipsi usitatam, loquendi formulam von der Einführung des Brodts, von der Einführung des Weins p. 3. & 20. Math. Dem. & in primis perpendes, quod mandationem corporis Christi oralem p. 22. Math. Dem. dignis & indignis ex aequo communem praefracte negat. p. 23. Math. D. Conferas Mag. D. D. Wernsdorffium in cit. Disp. invicte hoc deducentem.

§. XXXVII.

Nihilominus tamen Clarissimus Autor videri cupit, quasi veram & sacramentalem corporis Christi participationem veraque concederet praesentiam, quando inquit: *Dass Reformati eine Sacramentliche Genießung und eine wahre Gegenwart bey gläubigen Communicanten läugnen, habe ich falsch befunden, und bezeige es auch hier der Wahrheit zu feuer.* p. 58. ffern. Ausf. Sed egregie fallitur in utroque. Primum enim quod attinet, Sacramentalem nempe mandationem a Calvinianis in genere negari, ad oculum ostendit Magn. & S. R. D. D. WERNSD. loc. all. A Sturmio autem illam neganti, ex eo probbo, quia a) distinguit inter hominem externum & internum. p. 22. M. D. de qua distinctione lege ZACH. SCHILTERI. Comm. in Catech. Luth. p. 853. b) quia mandationem oralem, quae sola est sacramentalis, repudiat. c) quia negat indignos accipere corpus & sanguinem Christi, cum tamen sacramentalis mandatio omnibus ad coenam accendentibus sit communis, & a voluntate instituentis Domini, non conditione sumentis pendeat. Reliqua etiam verba non minus fassa sunt, quam subdole posita. Subdole enim dicitur, *Christum esse praesentem*

tem fidelibus, sive digne manducantibus, cum ostendendum fuisset, credere Reformatos, corpus & sanguinem Christi materiae terrenae, pani & vino praesentia, illisque unita esse. Falsum etiam est, credere Reformatos veram Christi praesentiam apud digne manducantes. Cum enim praesentia vera & realis requirat propinquitatem rerum, ejus scilicet quae praefens est, & alterius, cui est praefens; fidelis vero communicans ratione loci in terris vivat; corpus tamen Christi, quae constans Reformatorum sententia est contineatur & includatur *coelo*; fidei adhaec nullibi promissa sit haec vis, qua possit vel debeat corpus Christi absens sibi praefens sistere; sequatur necesse est, Christum, ad quem omnino ejus corpus pertinet, digne communicantibus, stante hypothesi Calvinianorum, vera praesentia non adesse.

§. XXXVIII.

III. Cum tandem per explicationem Sturmianam, voculae *τεστο* per *τοιστο*, Sacraenta Veteris & N. T. confundantur, differentiaque eorum tollatur; nemini potest esse dubium, expositionem illam erroneam a quovis tanquam scopulum esse fugiendam. Prius ita breviter probamus: Sacramentum Coenae est novi testamenti Sacramentum. Repugnat enim, Sacramentum aliquod tempore Novi Testamenti esse institutum, & tamen non esse sacramentum novi Testamenti. Habemus etiam consensum ipsius Christi, poculum in institutione totidem Syllabis *κανων διαθηκην* nominantis. *Luc. 22. v. 20. 1. Cor. ii. v. 25.* Sacraenta vero utriusque testamenti, quae firmissima Theologorum regula est, naturam sui testamenti, cui addita sunt, imitantur. vid. B. SCHILTERVS L. all. p. 827. At vetus Testamentum umbram futurorum bonorum, non ipsam *εικονα* rerum, ut Autor epistolae ad Hebr. cap. 10. clarissime testatur; Novum autem, testamentum, vi oppositi, absolutam *εικονα*

sive rerum olim adumbratarum substantiam continet, non vero umbratilem delineationem aut significationem. Vid. D. Hunnius T. 1. Op. L. de Sacram. p. 982. D. Gerlach. T. 2. Disp. Tub. §. 134. 135. Ut vero, quemadmodum audivimus, novi testamenti substantia in hoc consistit, & in hoc differt a V. T. quod abolitis rei absentis significationibus typisque, ipsam exhibet corporis Christi substantiam; ita etiam Sacra menta N. T., naturam sui testamenti ut diximus imitantia, reiectis praefigurationibus, signis typisque, ipsam exhibent Christi substantiam. Vid. Magn. & S. R. D. D. CHALDENIVS de Verbis Instit. in S. Coena ex form. jud. non explic. § 13. 20. conf. B. D. Calduinus Quæst. Illust. ex Ep. ad Colosf. c. 2. quæst. 4. Consequens ergo est, Sacra menta V. T. ab illis Novi T. praeter alia differentiae capita, quae B. GERLACH. l.c. §. 125. seqq. exhibet, maxime in eo differre, quod haec exhibeant substantiam physicam corporis & sanguinis Christi, quam illa Veteris T. non exhibuerunt, (qui enim poterant, cum substantia corporis & sanguinis Christi nondum extiterit) sed significarunt seu repræsentarunt. Conf. B. D. HYLSEM. prælect. in Libr. Conc. Art. 9. memb. 2. Cum vero Vir Clarissimus per explicationem voculae T&T per TO&T praesentiam Christi realem, unionemque illius veram praefentissimamque, substituta analogia signifi cativa, in S. Coena neget, ut supra demonstravimus; Sacra menta V. & N. T. ab ipso confundi, differentiamque eorum hoc ipso tolli, sequatur necesse est. Cum tandem, ut concludamus, Salvator, in citato a Clarissimo Sturmio Matthæi capite 18., ad discipulos dicat: *Nisi vos converteritis & fatis ut pueruli, nequam ingrediemini in regnum coelorum;* non incongruum mihi visum est, dissertationem hanc sequenti quatuor annorum Principis sapientissimo finire dicto: *Ich rathe wir bleiben bey den Buchſtaben im Wort.*

SOLI DEO GLORIA.

CLARISSIMO DOMINO
M. BERGMANNO
FAVSTA QVAEVIS EXOPTAT
PRAESES.

Multas habere me & idoneas causas, quare Te diligam, optimeque Tibi cupiam, dissimulare non possum. Etsi enim vel solum affinitatis vinculum, quo mihi jungeris, exigeret illud & flagitaret, solidiora tamen, (quantumvis nec illud insuper habere soleo, sed in voluptate animi innocentissima numero prodesse cognatis amicisque) animo meo me circumferre momenta, eo facilius credis, quo magis iste tibi est perspectus & cognitus. Vidi enim ac deprehendi in Te vividum ingenium, sagaxque in rebus difficillimis perscrutandis, adeo ut cum veteri in proverbio requirerent manus oculatas, Tibi datos animadverterem oculos mentis velut manibus praeditos, qui ubi semel materia perlustranda daretur, arriperent protinus difficillima quaeque & expensa librataque darent. Cuius mei judi-

judicij de TE eo minus me poenitere potest,
quo evidentius specimen in praesenti disser-
tatione, cui Tibi meum praesidium expetere
visum est, Lectoribus appareret. In penetralia
enim & abdita Sturmianaæ causæ te immi-
sisti, & post varia scripta de eo argumento,
hactenus a Viris exercitatissimis edita Spicile-
gium non infelix instituisti. Quod Tuum
institutum, reliquosque conatus Numen be-
nignissimum, ut fauste & auspicato evenire,
TEque tuae diligentiae uberrimos aliquando
fructus colligere jubeat, ab eo precibus omni-
bus contendeo, nihil etiam praeterea omissurus,
quod in mea potestate quamvis tenui ad Tua
commoda repositum sit: gratulaturus praet-
erea nobis omnibus si Nobilissimae Matris,
Fratrumque Excellenti & dignitate & meritis
florentium vota porro implere imo aliquando
superare possis. Vale. Scribebam luctu ino-
pino circumseptus. Die X. Octobris

A. O. R. MDCCXV.


60 30

94 A: 7347(1)



5b.

WMT





Q. D. B. V.

DISSE²¹TATIO THEOLOGICA
DE

SIGNIFICATIONE
VOCULAE TOYTO
IN VERBIS COENAE
DEMONSTRATIVA
NON COMPARATIVA

QVAM

CONTROVERSIAE STVRMIANAE CAVSA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
DN. FRIDERICO AVGVSTO
PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS
SAXONICI HEREDE

PRAE SIDE

MARTINO CHLA DENIO
SS. THEOL. DOCTORE EIVSQVE PROFESSORE PVBLICO
VT ET ALVMNORVM REGIO-ELECTORALIVM
EPHORO

ERUDITORVM IVDICIO

SUBMITTIT

AVTOR

M. CARL Friedrich Bergmann
D. XIV. OCTOBR. A. R. S. M DCC XV.

VVITTEBERGAE, TYPIS VIDVAE GERDESIANAE.

